

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis  
Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

Eximia pietate & doctruba praedito, D. Gabrieli Zwilling, exxlesiae  
Torgensis Parrocho, domino ac patrono suo in primis obseruando, Ioan.  
Marcellus S. D.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](#)

beneficiorum filij Dei Domini nostri Iesu Christi,  
 cuius corpus & sanguinem uerum comedimus &  
 bibimus, ad nos quoq; pertinere statuamus. Hanc  
 consolationem, ut secum priuigna & uxor appre-  
 benderent, obnixè eas rogabat. Ita in certam spem  
 ueni, ueram hanc conuerstionem angelis Dei plus  
 uoluptatis, quam nobis tristitia attulisse: qui eoru  
 corpora propter incestum & parricidia fae dissi-  
 mè laniari, non sine gemitibus & acribus, dolori-  
 bus cor àm intueri sumus coacti. Deum Patrem to  
 to pectore oro, ut diaboli furores, qui tertiioribus  
 & tristioribus lapsibus nos implicare conatur, re-  
 primat: nosq; Spiritu suo sancto regat, ut in uero  
 timore & fide ambulemus: & ex misera uita eu-  
 cati, læti migremus in eternam Filij Dei, omniūq;  
 sanctorum angelorum & electorum consuetudi-  
 nem: Amen. Bene & feliciter uale, Mariæbergi,  
 Anno M. D. L V I I , Augstii die xvi.

Eximia pietate & doctrina prædito, D.  
 Gabrieli Zwilling, Ecclesiæ Torgensis  
 Parrocho, domino ac patrono suo  
 in primis obseruando, Ioan.

Marcellus S. D.

Etsi, uenerabilis domine Magister, me omnino  
 impudenter facturū satis certè scio, si te meis pue-  
 rilibus literis interpellare ausim: tamen fretus tua  
 humani-

humanitate, quam in omnes bonarum literarum  
studiosos habes, ad te uenio. Nunc quidem expo-  
nendam duxi mearum rerum angustiam; teq[ue] ro-  
gandum, ut mihi hoc tempore autoritate & bene-  
lenia tua opem feras. Non te clam est, me nunc  
ferè per biennij spaciū Viteberg & sumptibus pa-  
rensum meorum sustentatum fuisse. Cū autem  
res familiaris ipsorū magis magisq[ue] exhauriatur,  
ut mihi nulla alia ratione amplius ad literarū stu-  
dia sumptus suppeditari possint: planè nunc nihil  
reliquum esse video, quād quōd me nunc mea stu-  
dia deserere necesse sit. hoc, ne omnino accideret,  
metuerem, nūsi in tua benevolentia & prudētissi-  
mi Senatus uestri liberalitate spem retinerem. Au-  
dio igitur Senatum habere unum adhuc stipendiū,  
quo pauperes & studiosos adolescentes iuuare so-  
let. Quare magnopere à te peto, ut mihi nunc sub-  
uenias, meq[ue] Senatui Torgēsi commendas, ut nabi  
id stipendum ad studiorum meorum necessitatē  
conferre non dedignetur, donec iudicium in stu-  
dijs rectius confirmauero. Neq[ue] uero decet me nūc  
tibi ostendere, quānum pietatis sit in tali tuo offi-  
cio futurum, cū propter propagationem studio-  
rum & Ecclesiæ me adiuueris. Spero enim, Deo  
uiciſſim posſit eſſe aliquis uſus apud honestos ho-  
munes. Sed hoc dico, quōd ad me attinet: idq[ue] san-  
cte pro-

Et promitto tibi, me summam diligentiam adhibi-  
turum esse, ut intelligas te in hominem non indi-  
gnum tuo fauore, nec ingratum tibi pro officio, be-  
neficium conculisse. Ac tibi & amplissimo Sena-  
tui uicissim mea studia, & me totum defero. Teis-  
rogo, ut in hac re me tibi commendatissimum  
esse finas. Bene uale, 18 Kalendis Iulij, An-  
no 1544.

Ornatiss. viro D. Ioanni Spangebergio,  
Northusianæ Ecclesiæ pastori, ami-  
co suo in Christo uenerando,  
Fridericus M.

Gratiam & pacem à Deo Patre nostro & do-  
mino Iesu Christo. Reddidit mihi cuius noster fide  
liter literas tuas, mi ornatisseme D. Spangebergi,  
quibus ualde sum delectatus. Hæ enim sunt senum  
deliciae, garrire & scribere de rebus istis, quib. ma-  
xime afficiuntur. Et Paulus iuuenis multas, senex  
uerò frequentes scripsit epistolas de Christo, qui  
est Deus benedictus in secula. Et me nunc senem et  
infanciem delectat uel cum Zachariæ nutibus &  
stylo loqui, de cornu illo salutis, erecto in domo  
David pueri sui: per quod datum nobis, ut sine ti-  
more de manu inimicorum liberati, seruiamus illi  
in sanctitate & iusticia coram ipso, omnibus die-  
bus nostris. Ego quidem, mi D. Spangebergi, uiuo  
ad huc,